

Questiones

liter ostendit de quo est intentio in hoc libro. & deinde incipit de amicitia tractare. ostendens primo quod ad morales philosophum pertinet de amicitia tractare. dicens quod post predicta considerandum est de amicitia. sed tamen pertransendum est de ea que pertinet ad considerationem moralem philosophie premissis istis que pertinet ad considerationem naturalis philosophie

Conclusio prima

Et responsiva ad morale philosophum pertinet de amicitia tractare. Probat philosophus sex rationibus. Prima est quod consideratio virtutum pertinet ad morales philosophum. sed amicitia est virtus in quantum scilicet est habitus electivus. ut infra dicitur. aut saltem est cum virtute in quantum est virtus. et ea vere amicitie. ergo etc. Secunda ratio est. moralis philosophus habet considerare omnia necessaria ad vitam humanam. sed inter talia maxime necessaria est amicitia. ergo. Tercio patet. quia nullus bene dispositus eligeret vivere sine amicis. quibus haberet omnia bona. illis enim qui maxime possident posteriora bona. scilicet divitiis principibus et plurius. maxime videtur amicitia necessaria. primo ad usum illorum bonorum. quod nulla est utilitas bonorum fortune nisi ex ipsis maxime et laudabilissime fiat ad amicos beneficium. Secundo ad preservationem talium bonorum. quod non possunt preservari sine amicis. nam fortuna quod est maior tanto est minus securura. quia habet plures insidiatores. nec sunt amici solus vires ad bona. sed etiam ad pericula. quod in paupertate exstantes et stimant homines amicos esse singulare refugium. Et sic patet quod in omni fortuna amici sunt necessaria. Similiter etiam in omni etate. in iuventute enim ut vires uenies per amicos cohibeant a peccato. cum sint passionum secutores et in seipso prout ad precipientias delectationum. Similiter senibus vires sunt amici ad subventionem propter defectus corporales. nam quia senes deficiunt in suis operationibus propter debilitatem virtutis naturalium requirunt amicos in adiutorio. Illis etiam qui sunt in perfecta etate vires sunt amici ad bonas actiones exequendas. nam quando duo conveniunt illi sunt potentiores in opere intellectualis speculationis quam unus solus. quia unus videt quod alius videre non potest. et etiam in opere exterioris actionis in quo unus auxiliatur alteri. Et in signum omnium predictorum. ut si ceciderit non habet sublevari se se. Tercia ratio est de illo quod est bonum innatum habet moralis philosophus determinare. cum de omni bono morali moralis philosophus se determinat. sed amicitia est bonum naturaliter inanimatum. ergo. Quarto patet in volatilibus. videmus enim quod multo tempore studium adhibent ad educationem prolium. et idem etiam est in aliis animalibus. hoc est ex amicitia tanquam ex quodam bono naturaliter innato. Similiter inter eos qui sunt unius gentis et nationis est quedam naturalis ad invicem amicitia in quantum coequant in moribus et iunctura et maxime est naturalis amicitia illa que est omnium hominum ad invicem propter similitudinem nature speciei. et ideo laudamus philantropos. id est amatores hominum. quasi implentes id quod est homini naturale. quod maxime patet ex erroribus viarum ubi quilibet revocat alium etiam ignotum et extraneum. quasi omnis homo sit familiaris et amicus omni homini. Quarta ratio est. de illo habet moralis philosophus considerare quod maxime intendunt legislatores. quod rationis philosophia videtur ordinari ad bonum civile. sed amicitia est huiusmodi. ergo etc. Quinto probatur. quia ad hoc quod civitates presertim amicitiaz legislatores maxime studet

versoris

ad amicitiam inter civis magis etiam quam ad iustitiam quam quibus premitur. puta in penis inferendis. ne dissentio oriat. Etiam probatur minor. quod concordiam maxime assimilatur amicitie. sed legislatores appetunt concordiam et expellunt prentionem civium quasi inimicam salutis civitatis. ergo minor est vera. Quinta ratio est. moralis philosophus de iusticia considerat. ut patet supra. ergo a fortiori de amicitia. Et nec sequentia. quod ubi est iusticia ibi est amicitia. si non e contra. nam aliqui sunt amici qui in nullo egent iusticia saltem proprie dicta. quia habent omnia tanquam munia. cum amicus sit alter ipse. sed si aliqui sunt iusti adhuc indigent amicitia ad invicem. quod iustum est servationi et reparacioni amicitie. Sexta ratio est. de omni bono humano honesto habet moralis determinare. quia tale bonum est maxime in inter bona. sed amicitia est huiusmodi. ergo. Quinto patet. quod laudamus philopimos. id est amatores amicitiarum. et philophilum. id est multorum amicitia. quod videtur esse bonum honestum et laudabile in tantum quod aliqui estimant idem esse viros bonos et viros amicitiales. ergo amicitia non solum est bonum utile. sed etiam bonum laudabile et honestum

Conclusio secunda. de amicitia non pauca dubitatur. Probat. quia de ea fuerunt diverse opiniones. eo quod fit quosdam ipsa est quedam similitudo. eo quod plures sint sibi invicem amici. Ad quod adducit hoc principium. quod sile sui sibi invicem non odit. ut colonyne ad colonyum. que sunt quedam aves gregales. Sed in alios amicitia magis est contraria etas quam similitudo. quod siquid contrariatur sibi invicem incipit unus impedire alterius. ubi veritas est quod simile est per se amabile. sed habetur odio per accidens in quantum scilicet est impedimentum proprii boni. Et sic patet quod diverse fuerunt opiniones de amicitia in rebus humanis. Fuerunt enim diverse opiniones de eadem re in rebus naturalibus. sicut erupescit dicitur quod terra deficcata indiget pluvia quasi amans sibi contrarium. scilicet celus venerabile quod impletum pluvia desiderat cadere in terram pluvia emittendo. quod est contrarium eius altitudinis. Et ratiocinatio etiam dicitur quod contrarium est contrario sicut homini calefacto conferunt frigida. Sed contrarium illius dixerunt alii ut empedocles. quod dicitur quod simile appetit suum simile. Et soluntur hec dubitatio sic ut procedens. nam simile per se est delectabile et naturaliter amabile. sed per accidens desiderat suum contrarium in quantum est conferens et medicinale. sicut de delectationibus corporalibus supra patuit

Dubitatur primo

Que dubitationes sunt determinande de amicitia. Responsio dicitur quod naturales sunt relinquende. quod non sunt presentis intentionis. sed ille quod pertinet ad mores et actus humanos sunt determinande. ut scilicet si possit esse amicitia in omnibus hominibus. vel utrum non possit esse in malis. vel utrum sit una spes amicitie vel plures.

Dubitatur secundo unde movetur dicentes unam solam amicitie speciem. Responsio dicitur ex eo quod omnes spes amicitie sunt comparabiles secundum magis et minus. puta cum dicimus quod maior est amicitia honesti quam virtus. Sed philosophus hunc errorem excludendo dicit quod tales non crediderunt sufficienti signo. quia etiam ea que differunt specie suscipiunt magis et minus. in quantum scilicet conveniunt in genere. puta si dicamus quod album est coloratum nigro vel fit